



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Margarita etiam Parmens. n. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

vum, & triumphorum fructum, ipsa quoque Societas, illo iubente, veniebat. Ita in cit. Imag. lib. 6. fol. 887. constat, eundem Serenissimum Principem promouisse hanc Regis benevolentiam, hausto à Matre Margarita Austriaca in nos amore, quem extimium, semperque crescentem exercere nunquam destitit. Et præter alia. Id Regi aut^ror fuit, magnis ut Vrbibus imponerentur Patres, testatus, Ad retinendos in Regis fide Belgas Societatis Collegia plusquam Castella valitura. Et Traiecto ad Mosam, & Ibris Flan- drorum recuperatis, cum in pœnam arces præsidiarias imperare posset, eas se, dixit, in Societatis IESV domicilia commutare. Et tandem fol. 897. Tot ille Arces ad Hæreticorum ausus retunden- dos, quot Sociorum Collegia se numerare gloriabatur. Tan- ta tanto Duci erat de nobis existimatio, tanta de Societate, de Colle- gij, que non affectu solo, sed præcipua quadam liberalitate suble- uabat.

7. A MARGARITA Serenissima Odoardi Parmensis Duci egregia vxore, quæ super cœnam, ijs qui fabulam narrabant de iu- uene Florentino ab uno è Nostris mortuo, dixit, Credituram se facilius à Iesuita suscitatum mortuum, quam viuum hominem occisum fuisse. Qua voce præclaram Serenissima Princeps in nos humanitatem declarauit suam, & narrantium levitatem ca- stigauit egregie. Ita apud P. Rho Apolog. aduersus Pseudo Constan- tin. fol. 189.

8. A CAROLO GONZAGA Nuernensi in Gallia Duce asse- rente, longe aliud esse iudicium de Societate, hominum sanâ mente res æstimatorum, ut quam longo vnu constaret, vtris- que rebus, & Religioni, & Politia admodum esse vtilem. Ita in Annal. Societ. anno 1612. fol. 558.

9. AB ALBERTO BAVARIÆ DVCE, Qui dum Archiducis Carols filiam Mariam duxisset, id moniti genero Socer sapiens, sa- pienti dedit: Quod pertineret ad Religionem, si conserua- tam eam, ac restitutam vellet, non vnum Græcij, sed quām multa posset in suis Prouincijs Collegia SOCIETATIS excita- ret. Ita ille Par. 3. Hist. Soc. lib. 7. num. 55.

Et ad reti-
nendos in
Regis fide
Belgas
plusquam
Castella
valitura:

Et ad Hæ-
reticorum
ausus re-
tundendos.

Celebre
Margarita
diutum in
Societatis
commen-
dationem.

Qua vi-
lissima est
Religioni,
& politia:

Et eius
Collegia ad
Religionem
conferuan-
dam ac re-
stituen-
dam.